

## Sight Recitation

Area F 2002  
Westlake High School

### Level 2

#### Vērus Rōmānus

Audīvistīne dē Dentātō? “Quis fuit et quid fēcit?” rogās. Quod Dentātum nōn nōvistī aut memoriā nōn tenēs, tē monēbō.

Dentātus fuit Rōmānus clārus quī patriam dēfendit et variīs modīs inimīca oppida castraque cēpit. Modus eius vitae et ab amīcīs et ab inimīcīs probābātur ac laudābātur, nam Rōmānus bonus erat. Cum officia pūblica intermittēbat, agricola erat atque in agrīs labōrābat.

Samnītēs, quōs Dentātus cēdere coēgerat, magnam pecūniam ad virum clārum mīsērunt et nūntiāverunt: “Pecūnia quam coēgimus est tua. Auxilium tuum atque amīcitiam petimus.” Tum Dentātus permōtus eōs monuit: “Quod aurum mihi datis? Cōservāte aurum vestrum. Nam vērus Rōmānus pecūniam obtinēre nōn cupit sed eōs quī aurum habent superāre.”